

riore iudice omiffis appellationis folemnibus defertur et fit ple-
runque per querelam nullitatis principaliter deductae, ficuti
per hanc viam nullitatis principaliter et feorfim deductae etiam
caufae Matrimoniales, alioquin in Camera prohibitae a iudi-
cibus inferioribus ad Cameram deuoluuntur. FRIDER. MINDAN.
de process. lib. 1. c. 10. Per hanc, inquam, viam nullitatis etiam
caufae criminales ad Cameram deuoluuntur. *Recess. de ann. 1530.*
§. item als etliche Zeit. MYNS. *obs. 41. et 42. cent. 4.* GAIL. *1. obs.*
1. n. 27.

§. XV.

Nullitates vero, ex quibus Iurisdictione Camerae in caufis
criminalibus fundatur, funt, fi contra accusatum absentem
non legitime citatum, vel inauditum, vel a non competente
iudice, vel contra rationem naturalem, vel non obseruato le-
gitimo processu, iudicatum fuerit. MYNS. *obs. 42. cent. 4.* GAIL.
d. obs. Et Nullitatis quaestione in caufis criminalibus in iudi-
cio Camerali decisa, principale negotium ad iudicem ordina-
rium remittitur *Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. §. item nach dem auch.*
Sed in hisce caufis omnibus remedium Reuiforium, vt modo
dixi, nullo modo locum habere potest.

§. XVI.

Praeter enumeratas caufas hoc remedium obtinet in omni-
bus caufis in quibus et Summa Reuifibilis et iurisdictione tam ra-
tione Personarum quam Caufarum recte fundata est, siue in
prima siue fecunda instantia, vel per viam Simplicis Querelae
vel prouocationis folemnis ad Cameram deuolutae funt: et tam
late hoc remedium patet, quam ipsae caufae se extendunt, in
quibus Iurisdictione Camerae fundata nec Reuifio specialiter pro-
hibita est, quas enumerare singulas non erat disputationem sed
longum commentarium scribere, vide de hac materia RHODING.
Pand. Cam. lib. 1.

§. XVII.

Ceterum in his caufis non aliter rite adhibetur hoc reme-
dium, quam si sententia dicta fuerit definitiua: Nam iure Ci-
uili ab interlocutoria haud recte appellari docent *l. 1. §. 2. ff. l.*
6. §. 3. l. 21. l. 36. C. de appell. et consult. l. fin. C. de sentent. et in-
terloc. l. 2. C. de Episc. audient. et rationem dat ipse IUSTINIANVS
in